

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Reuerendo uiro, D. Georgio Bucholtzer, fratri suo charissimo

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

Reuerendo uiro, D. Georgio Bucholtzer, fratri suo charissimo,

S. D. Reuerende uir, & amice charissime. Scripsit hic Simon Proxenus carmen de Moysse feriente petram. Id offerre decreuit Episcopo Libusiano. *Quæso*, ut adolescentem consilio et commendatione iuuetis. Ego etiam uobis carmen de eclipsi mitto, quæ profectò minuitur noua certamina. Sed oremus filium Dei, ut nos regat, & in his regionibus semper Ecclesiam eternam sibi colligat: & tribuat salutarem gubernationem, pacem & concordiam Ecclesijs & imperijs harum regionum. Nuper exhibui pecuniã, quam Ionæ filius attulit, filio uestro: ut significasse etiam uobis arbitror. Bene ualete, Die 6 Decembris, Anno 1555.

Eidem.

S. D. Reuerende uir, & amice charissime. Etsi arbitror uos iam uidisse exemplum nostræ admonitionis de libro Augustano, scriptæ communi delibatione breuiter & modestè: tamen quia petiuisis, mitto. Nec prohibeo ostendi omnibus, qui uidere uolunt. Imò doctissimas uiros in Academia Francofordiana iudices esse facillè patior. Nec dubito uiram clarissimum D. doctorem Hieronymum, de iustificacione desideraturum in libro Augustano sinceritatem,